



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxxiii. De conuorsione infidelium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

qui religionis habitū adsumpserit, quominus regulare votum impleat, ne inquietato.

Immo & si quæ mulier captiosa viri adsertione caput eius vi tondeatur altari subposuerit, & eo post probationis tempus professionem monachalem solenniter faciente in seculo remanens inhonestos amatores admiserit: super eius reuocatione ne auditor eius intentio, maxime si non antequam fornicata siet eum repetierit, commissæ fornicationis exceptione editor.

16. Venit

Nam & quæ mulieres relicto maritali thoro lapsu carnis ceciderint, nisi mariti earū ab episcopo commoniti eas ad frugem melioris vitæ conuorsas recipere volent, in claustris cum religiosis mulieribus conlocantor. Ibi perpetuam pœnitentiam agunto.

19. Gal-  
demus.

*De conuorsione infidelium.*

Tit. 33.

Mulieri, quæ in fide remanserit, inuito viro 21. Mu-  
ab infidelitate reuertente, propter quam ab lier. ti.  
eo iudicio ecclesiæ separata siet, ad religionem preceden.  
liberè conuolare liceto.

Quod si quis cuius mulieris machinationibus & insidiis virum eius occiderit: et si Sarra- 1. Laude-  
cenus siet post per eam eiūsve stufio ad Chri- bilem.  
stianam fidem conuorsus, ei ne adhæreto. si ad-  
hærebit: ne tolerator. hoc damnū tali lucro ne  
cōpensator. At si quis Sarracenus in bello chri-

R. iiiii



## De vot.& vot.redemp.

stianū interfecisse notatus erit, & ad fidem conuorsus vxorem interempti sibi matrimonialiter copulasit, christianive de Sarracenis mulieribus ad fidem conuorsis id faxint: matrimonium licite contractum esto. Mulieribus etiam priorum maritorum morte comperta diuortium postulare ne liceto.

2. Ex lice  
ris. Si qui patres de Iudaicæ cæcitatis errore ad christum verum lumen adducti erunt vxoribus in Iudaismo relictis: maiores triennio filii apud eos, si non suspecti erunt, aluntor, morantor. In ea ætate apud eas personas, de quibus suspicio esse possiet quod saluti vitæ eorum insidentur, ne remanento.

De voto & voti redempzione.  
Tit. 34.

6. Licer. VNiversis in vouendo liberum arbitrium esto. post votum necessaria solutio esto. Immo filius, si quod votum pater voverit, eo fidei ipsius id committente implere promiserit, eius debitum exsoluito, cæteris sollicitudinibus postpositis id reapse adgreditor, prosequitor. Si detrectabit: paterna successione indignus eius emolumento priuator. anathematis vinculo subponitor. Iure quoquis alio ex ordine genituræ sibi competente priuator. si plureis fratres erunt: id ad alios deuolutor.

10. Per  
miss. Sed & qui in aliqua ecclesia regularem habitum suscipiundi votum soleniter emiserit, idque implere in ipsius ecclesiæ prælati manibus intra certum